

Peter Mascov

**Programma, Quo Magnificum Dn: Rectorem, Generosos ... Dicasterii Consiliarios
Decanus Facultatis Iuridicae Petrus Mascovius, ... Ad Inauguralem De Verbis
Generalibus Dissertationem a ... Dno. Johanne Löpero, Stargard. Pomer. ... Pro
Summis in utroque Iure Honoribus consequendis 15. Aprilis die ... habendam ...
invitat**

Gryphiswaldiae: Doischer, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747429812>

Druck Freier  Zugang





N. N. 2 (80.)

1. Ma
2. Ma
3. Ma
4. Ma
5. Ma
6. Ma
7. Ma
8. Ma
9. Ma
10. Ma
11. Ma
12. Ma
13. Ma
14. Ma
15. Ma
16. Ma
17. Ma
18. Ma
19. Ma
20. Ma
21. Ma
22. Ma
23. Ma
24. Ma
25. Ma
26. Ma
27. Ma
28. Ma
29. Ma
30. Ma
31. Ma
32. Ma

1. Mascoy de jure auspicii apud Romanos.
2. Mascoy de primatibus metropolitanis et reliquis episcopis ecclesie germanicae.
3. Marbach de jure deceptorum.
4. Struv de opificibus.
5. Struv de brachio saeculari.
6. Struv de jure socerorum.
7. Habermann de ratificatione.
8. Frommann de jure variandi.
9. Panouy de poena adulterii ejusque indulgentia.
10. Dutet de matuo publico.
11. Bardili unus testis nullus testis.
12. G. Engelbrecht de dotatione virginum nobilium in Pomerania.
13. Stypmann de minis seu comminationibus.
14. Mascoy de verbis generalibus.
15. P. Müller de bene merito.
16. P. Müller de nova causa.
17. Werner de poenitentia.
18. Glaeser de libero arbitrio secundum jus civile et canonicum tam constituendo quam constituto.
19. Werner de auctionibus.
20. Both de resignatione domini judiciali.
21. P. Müller de evitacione majoris mali.
22. P. Müller de evitacione suspicionis.
23. Lynner de vi legis in praeteritum.
24. Mehlbaum de delictis imprimis de furtis.
25. Rühle iniquitatis accusata jurisprudentia.
26. Bechmann de actorum publicorum auctoritate.
27. Schwendendorffer de ultimis suppliciis.
28. Philippi jura circa cadavera humana.
29. P. Müller de praesumptione fati.
30. Bornius de eo quod justum est circa destinationem.
31. Mylius de contractu libellario.
32. Minck de exceptione inhabilitatis contra advocatum.

33. Pödon de prohibita rerum ecclesiasticarum alienatione.
34. Matthias de denunciatione evangelica.
35. Strass de obligatione patris familias in cuius aedibus incendium ortum.
36. P. Müller de praescriptione Saxonica.
37. Strych de iure oblivionis.
38. Lyser de robbaria et vi bonorum raptorum.
39. Mylius de libris mercatorum.
40. Romano de varia injuriarum coercionem.
41. Lincx de rubro nigro et albo.
42. Hahn de actionibus personatibus.
43. Brandt de legitima maleficos et fagos investigandi et convincendi ratione.
44. Ursinus de rationibus praefectarum. Anulo bichner.

PROGRAMMA,

quo

Magnificum Dn: Rectorem,
Generosos & Nobilissimos Regii Di-
casterii Consiliarios, Amplissimum Academiae &
Urbis Senatum, Sacri Ministerii Patres Reverendos,
cæteramq; insignium Virorum & Studiosæ Ju-
ventutis Coronam elegantissimam

DECANUS
FACULTATIS JURIDICÆ

PETRUS MASCOVIUS,

U. J. D. Profesor Ordinar. & Regii Consistorii
Asfesor,

AD INAUGURALEM

De Verbis Generalibus

DISSERTATIONEM

à
Clarissimo & Consultissimo

DNO. JOHANNES LÖPERO,
Stargard. Pomer. Scabin. Elect. Pom. Asses.
& Dicafterii Advocato,

Pro Summis in utroque Jure Hono-
ribus consequendis

15. Aprilis die in Auditorio Majori habendam.

Eo quo par est cultu, studio, affectuq; invitat.

GRYPHISWALDIÆ

Typis MATTHÆI DEISCHERI Acad. Reg. Typogr. 1681.



Virtutem pramiorum
incitamenti velut flammam affu-
so oleo ali augeriq̄ credidit jam
olim Vetustas, nec paucis experi-
mentis comprobavit. Sic Gra-
ca, sic Romana Juventus in illam
animata est fortitudinem, quā Or-
bis universi admirationem in se
convertit. Legimus inde, Miltiadem ob pugnam Ma-
rathoniam, in qua centum millia Persarum unâ vice vi-
cit, ab Atheniensibus hoc consequutum, ut in Pœcile
porticu, imago ejus in Prætorum numero inter Primores
sculperetur. Syracusanus Dion partâ victoriâ, à militi-
bus, aureâ, & Themistocles, quod Græciam à Lacedæ-
moniiis liberâsset, oleagineâ coronâ & curru eximio do-
nati & magnificè laudati sunt: Populus Romanus libe-
ralior Ducibus vel militibus varia dona, honoris causâ
ob navatam in bello operam, & ob rei militaris egregia
facinora, obtulit, veluti aureas coronas, phaleras argen-
teas, aureas torques, armillas, vexilla cœrulea, aureas
patenas, fellas curules, eburneas, scipionem eburneum,
hastas, tunicas palmatas & pictas, eqvum publicum, du-
plicem annonam, saga, militiæ vacationem & immunita-
tem, nec non jus civitatis ex lege Calphurnia. Fungi
Senatoriâ dignitate inter patres, diebus solemnibus co-
ronatum incedere, & in annonæ caritate & rebus angu-
stissimis, collato frumento, militem ob rei militaris sin-
gularem peritiam alere: perinde munus erat publicum:
Ducibus ipsis quoque ob res feliciter gestas Triumpha-
lem Statuam aut consularia ornamenta tributa fuisse ac-
cepimus: & hunc etiam viguisse usum, ut, quorum pa-
rentes Reipubl. causâ occubuisent, liberi præmia, quæ
illis

illis dēberentur, ferrent & acciperent: Et Cæsares soliti
Centuriones & Legatos Legionum pro magnis officiis
in Rempublicam collatis, & in acie occisos, Statuâ Tri-
umphali donare. Quod à Macedonibus etiam fuit u-
surpatum. Nam Alexander Macedo centum viginti E-
quites, qui in campis Adrastæis ceciderant, propter
multa belli decora equestribus statuīs donavit & illorum
filios stipendia parentum ferre iussit. Quin & legibus
Solonis apud Athenienses cautum fuit, ut præter ea do-
na, quæ militibus Duces imperitū fuerant, illorum filii,
qui bello succubissent, publicè alerentur, & bonis di-
sciplinis instituerentur; & ut in loco extra Athenas, Ce-
raunio, in quo Deorum hominumq̃ excellentium simu-
lachra & statuæ erigebantur iis, qui pro patria occubuis-
sent, sepelirentur; & ut singulis sepulchris & tumulis e-
rectis singulæ imagines affigerentur & apponerentur
cum titulis, inscriptionibus, elogiis, quæ ob egregiâ fa-
cta quisque meruisset; ut his veluti monumentis & tro-
phæis illorum memoria celebraretur. Nam intra mœ-
nia Athenarum sepelire non licuit, nisi eos, quibus ob
singularem excellentiam præcipuum hoc donum conces-
sum fuit. Quin imò & hoc apud Romanos observatum
est, ut Viri Triumphales, qui ornamenta triumphalia
meruerunt, eadem ipsi, præcipuo honoris privilegio aliis
fortiter dimicantibus, lege militari largirentur. Et li-
cet milites Romani in castris per exiguum ad vescendum
uterentur stipendio: & militari disciplinâ horridus miles
non cæolato auro & argento, sed ferro & armis munire-
tur: Eiusmodi tamen munera, quibus virtutis gratiâ
milites donabantur, tanquam invitamenta virtutum fue-
runt, quibus animi eorum demulcebantur & ad res ma-
gnas gerendas acuebantur: ita ut his honoribus aucti &

confirmati desinarent animis, mori aut vivere, & mortem potius quam ignominiosam servitum præoptarent: & vitam denique & quæcunque pericula flocci penderent. Sed quorsum hæc? Ut per sagatam virtutem discamus, quid debeat togatæ. Scilicet quemadmodum nec Ducibus nec militibus nisi post exhaustos immensos labores & bellicæ fortitudinis exhibita documenta, dona vel ornamenta sunt communicata & collata: quæ tanquam opimam prædam & lætissimos fructus sanguine & sudore paratos, & præmia suorum vulnerum & periculorum possiderent: Ita nemo etiam in castris Musarum militans gradu dignitatis aliquo condecorandus est, qui non prius præstitæ in studiis suis diligentia, assiduitatis & vigilantia documenta præbuit, & iis declaravit se & finem suorum studiorum prudenter prospexisse: & mediis ad eum recte ducentibus, usum esse: & in eis parandis non oscitantem & ignavum, sed attentionem animi, curam, cogitationem & laborem serio adhibuisse. Hoc loco merito censendus venit Clarissimus & Consultissimus DN. JOHANNES LOPERUS, Utriusque Juris Candidatus dignissimus, qui (ut de vitæ ejus studiorumq; cursu more & hîc & alibi in Academiis recepto quædam exponamus) Stargardia, urbe in occidentali Pomerania antiquitatis gloria celebri, A.O.R. d. Id. Iul. LV. ex piis, honestis & laudatissimis parentibus natus. Patrem habuit Virum Amplissimum & Prudentissimum DN. MARTINUM LOPERUM, Senatorem prædictæ civitatis, cum viveret, fidelissimum. Mater verò ipsi est sexus sui virtutibus conspicua & pientissima Matrona DOROTHEA Schachts / quæ inter Genitores

res & Majores suos sacri ordinis Viros potissimum
connumerat. Ab his parentibus domesticorum
Præceptorum curæ primitus commissus, inter quos
novissimum habuit plur. Reverendum DN. GABRI-
ELEM SCHULTZIUM, hoc tempore Synodi
Wolgastensis Præpositum merentissimum, quem
ob inspectam industriam ad Subrectoratum Scholæ
urbicæ vocatum sequutus, sub ejus & Conrectoris
DN. CHRISTIANI SMIDII, nunc Ecclesiastæ
Stargardensis meritisimi, nec non Præclarissimi Re-
ctoris DN. M. CHRISTOPHORI PRÆTORII
ductu prima literaturæ fundamenta jecit. Dehinc
Berolinum se recepit, & Gymnasii istius Auditoribus
associatus præprimis Sub-Conrectori DN. PETRO
BREDOVIO se formandum dedit. Inde ad cele-
bre Gymnasium Dantiscanum se contulit, & non so-
lùm sub moderamine Profesoris Eloquentiæ fami-
geratissimi DN. JOHANN: PETRI TITII tersius
scribendi studio tempus feliciter impendit, sed & à
Præclarissimo Professore Juris DN. CHRISTIANO
ROSTEUSCHERO, U. J. L. qui & paterno in-
eum ferebatur amore, & literis sedulitatis modestiæq;
testibus ejus discessum condecoravit, prima Juris
fundamenta fideliter hausit. Triennio inibi con-
sumpto, Francofurtum ad Oderam demigravit, &
non tantùm ex institutione plur. Reverendi DN. D.
JOHANN. CHRISTOPHORI BECMANNI,
Historiarum Profesoris celebratissimi, in artibus,
quæ ad humanitatem pertinent, non mediocriter
profecit, sed & potissimum in studio Juris ex publicis
privatisq; lectionibus Excellentissimorum Juris Pro-
fessorum DN. D. JOHANNIS RHETII, DN. D.

SAMUELIS STRYKII & DN. D. PETRI
SCHULTZII id accepit, quo alios magna cum
laude erudire & informare posset. Cum interim à
matre domum revocaretur, octo Studiosi genere,
conspicui & audiendi ejus cupiditate flagrantis pre-
cibus eum defatigarunt, ut eorum sumptibus per no-
vem menses ibi adhuc commoraretur Institutiones
Juris ipsis enodaturus, quorum expectationi abundè
satisfecit. Triennium integrum eo in loco absum-
pserat, cum patriam repeteret urbem, in qua majore
ardore quàm unquam antè studio Juris incumbere
sategit, & volutis revolutisq; selectissimis libris, ob-
servatu dignissima notando solidam sibi comparavit
Juris scientiam. Verùm ne sibi soli studuisse vide-
retur, numero Advocatorum se ascribi petiit, &
quam nactus est spartam candidè & feliciter ornavit.
Quà de causâ cum Electoralis ille Scabinatus, qui in
ulteriore Pomerania Stolpiæ erat, A. MDCLXXX.
mense Junio Stargardiam translocaretur, Serenis-
simus Elector Brandenburgicus præter spem omnem,
commendatum sine dubio à Regimine Electorali,
Assessorem illius eum constituit. Sed cum cæteri
Collegæ omnes suis fulgerent titulis & honoribus,
qui in Jure decerni possunt, summis, eò magis ipsi
perstitit animus promovendi. In hunc finem con-
filio partim Amicorum, partim amore in patriam
ductus ad hanc Gryphicam se contulit Academiam,
nomen suum Collegio nostro professus quâ decet
modestiâ supremos in utroque Jure honores ac titu-
los ambiit. Amplissima Facultas Juridica honestis
ejus precibus locum dedit, eumq; ad privatum exa-
men libenter admisit. Talem verò sub eo noster se
præsti-

præstitit Candidatus, ut Facultas deprehenderet,
illum non superbo otio & vano quodam Studiosi no-
mine tempus suum transegisse: Cùm ad Lectiones
cursorias ventum esset, quas *ad l. 3. Cod. de loc. & con-*
duct. singulari cum Auditorii applausu habuit, non
parva ingenii & tenacis memoriæ vis in eo emicuit.
Superest ultimus agon, Disputatio Inauguralis de
Verbis Generalibus in publica Panegyri habenda. Quæ
ut solemnior fiat atque illustrior, Magnificum
Dn. Rectorem, Generosos & Nobi-
lissimos Regii Dicasterii Consilia-
rios, Amplissimum Academiae & Ur-
bis Senatum, Sacri Ministerii Patres
Reverendos, nec non Doctores, ar-
tiumq; liberalium Magistros, Candi-
datos, lectissimam etiam & florentis-
simam Studiosorum Coronam, o-
mnesq; Jurisprudentiæ ejusq; hono-
ribus faventes, quâ decet reverentiâ & huma-
nitate rogamus, ut cras horâ 8. matutinâ in loco Con-
cillii Academici haud gravatim conveniant, prædi-
ctam Facultatem unâ cum Dn. Candidato in signum
benevolentiae in Auditorium majus deducant, solen-
niq; Disputationi interesse velint, & quàm feliciter
Dn. Candidatus noster honores expetitos promereat-
ur, ipsi adspiciant, inde JURIS UTRIUSQUE
LICEN-

LICENTIATUM creari videant, tandemq; his fi-
nitis domum ad instructum prandium iterum dedu-
cant. Inibunt hoc facto omnes & singuli à Juridica
Facultate gratiam immortalem: & Dn. Candi-
datus non mediocri officio se devin-
ctum arbitrabitur.


P. P. Gryphiswaldie XIV. April.


Anno Æra Christiana


MDCLXXXI.

sub Sigillo Facultatis Juridicæ.












res & Majores suos sacri ordinis
connumerat. Ab his parenti
Præceptorum curæ primitus co
novissimum habuit plur. Revere
ELEM SCHULTZIUM,
Wolgastensis Præpositum mer
ob conspectam industriam ad Su
urbicæ vocatum sequutus, sub
DN. CHRISTIANI SMID
Stargardensis meritis simi, nec
ctoris DN. M. CHRISTOPHO
ductu prima literaturæ fundam
Berolinum se recepit, & Gymna
associatus præprimis Sub-Conre
BREDOVIO se formandum d
bre Gymnasium Dantiscanum se
lùm sub moderamine Professor
geratissimi DN. JOHANN: P
scribendi studio tempus feliciter
Præclarissimo Professore Juris I
ROSTEUSCHERO, U. J. I
eum ferebatur amore, & literis se
testibus ejus discessum condeco
fundamenta fideliter hausit.
sumpto, Francofurtum ad Ode
non tantùm ex institutione plur
JOHANN. CHRISTOPHO
Historiarum Professoris celebra
quæ ad humanitatem pertinent
profecit, sed & potissimum in stu
privatisq̄ lectionibus Excellen
fessorum DN. D. JOHANNIS

)(3



simùm
corum
ter quos
GABRI
e Synodi
quem
n Scholæ
nrectoris
ecclesiastæ
s simi Re
TORII
Dehinc
ditoribus
PETRO
ad cele
non so
tia fami
I tersius
sed & à
TIANO
erno in
odestixq̄
na Juris
nibi con
ravit, &
DN. D.
IANNI,
artibus,
iocriter
publicis
uris Pro
DN. D.
AMUE